

44

Q. F. F. S. J. D. T. O. M.  
DISSERTATIO OECONOMICO-PO-  
LITICA,  
**IMPERIUM**  
**MONARCHICUM**  
**ABSOLUTUM**  
SCIENTIIS OECONOMICIS

minus amicum demonstrans,

Quam,

*Suffragante Ampliff. Facult. Philos. in Illustri,  
quod Aboæ floret, Lyceo.*

PRÆSIDE

**DN. PETRO KALM,**

Oeconom. PROFESS. Reg. & Ord. Acad. Reg. Holm.

& Societ. Litt. Ups. MEMBRO,

Nec non Acad. h. t. Rectore,

*Publicæ disquisitioni modeste submittit*

**ERICUS HÖÖK,**

HELSINGFORSIA NYLANDUS,

die V. Martii Anni MDCCLVII.

Loc. H. T. q. a. M. M. S.

---

ABOÆ, Impressit Direct. & Typogr. Reg. Magn. Duc.  
Finland, JACOB MERCKELL.

*Viro Admodum Reverendo atque Praeclarissimo,*  
**D. N. MAG. JOHANNI**  
**FORTELIO,**

*Pastori Helsingforsensium longe meritissimo, Tri-*  
*vialis ibidem Scholæ Inspectori gravissimo, adja-*  
*centisque districtus Praeposito vigilantissimo,*  
**PATRONO OPTIMO MAXIMO.**

**O***economiam veram ad salutem publicam plurimum conferre, ne-*  
*mo inficias it. Si itaque, haec metam potentiae optatam*  
*atingat, illi superstruenda est. Optime viget Oeconomia in im-*  
*periis, ubi mitior habetur regiminis forma, ac in despoticis mi-*  
*nus laeta illius est facies. Hoc in praesentibus pagellis levi pe-*  
*nicillo delineare conor, quae nitorem, cujus sunt expertes, a*  
*Nomine TUO Praeclarissimo desiderant, exoptant summaque cu-*  
*pидitate expetunt. Accipias itaque, humillimus precor, Vir Ad-*  
*modum Reverende, chartaceum hoc munus seu indicium piae ac*  
*venerabundae mentis ad bustum usque duraturae, eoque, quo so-*  
*les, vultu, hoc est benignissimo, illud adspicias, & ut hactenus,*  
*ita etiam in posterum, me gratia & favore TUO amplecti digne-*  
*ris, measque fortunas TIBI commendatas patriaris, rogo. Vota*  
*ego nullo non tempore nuncupabo ardentissima, Velit DEUS o-*  
*mnis boni fons TE, Admodum Reverende Vir, sospitem & inco-*  
*lumem in longam annorum seriem conservare, in Patriae & Eccle-*  
*stiae Christi emolumentum, Reip. Litt. utilitatem, Praeclarissimae*  
*Familiae gaudium, clientumque & meum patrocinium & fulcrum*  
*certissimum, exoptatissimum. Sic precatur & quoad vivit precabitur,*

**Admodum Reverendi atque Praeclarissimi**  
**NOMINIS TUI**

*humillimus cultor,*  
**ERICUS HÖÖK,**

*Viro Admodum Reverendo atque Praeclarissimo,*

**DN. MAG. DAVIDI  
SZANCZ**

*Ecclesiarum Lovisæ, Pyttis & Elimæ Pastori & Pæ-  
posito longe meritissimo, ut ante hac Præceptori  
fidelissimo, ita jam Fautori propensissimo,  
desideratissimo.*

**L**ibertati a servo manumisso debitum statuitur pretium, non  
aliter ac ille, qui malum expertus est, optimum & verissi-  
mum de bono fert iudicium. Scit enim ille, quid sit sub iugo  
gemiscere servitutis & grata frui libertate, in describenda sta-  
tus præsentis felicitate desunt illi verba, & præteritum si-  
ne dolore in mentem revocare nequit. Jam fructus late re-  
portat laborum & verus possessor rerum suarum est. Per  
Libertatem vero non intelligimus illegalem licentiam, quæ  
non minus periculosa esset, ac servitus detestanda; sed li-  
bertatem ad Leges alligatam. Hæc Musis & latissimæ Oe-  
conomix auræ novas vires addit, felicissimamque earum vitam  
reddit, ut e contrario, quando his libertas sit adempta, minus  
late, immo miserrime, vigent. Veritatem hanc, licet leviter,  
præsentis loquuntur tenues pagellæ, quas omni splendore  
carentes Nomine TUO, Vir Admodum Reverende, decora-  
re sustinui. Est quidem hoc temerarium, sed favor TUUS  
singularis erga Musarum cultores ad hoc me impulit. Ac-  
cedunt singularia favoris & benevolentix documenta, quæ  
in me exstare voluisti maxima. Non quidem tantas mihi  
arrogo ingenii vires, ut cumulatorum in me beneficiorum  
numerum assequi valerem, quæ ne mente concipi, ne dum  
verbis exprimi possunt. Hoc tamen palam confiteor, quod  
pater-

paternis majora sint, siue cura, qua mores emendantur, respiciatur, siue modus, quo ingenium excolatur, siue consilia, quibus studia incipiantur, promoveantur & perficiantur. Hæc sunt Parentum eorumque optimorum, hæc etiam biennio illo, quo in domo TUA honestissima mihi versari licuerit venerabunda mente mihi contigisse recordor. Non solum libros mihi prospexisti optimos, sed etiam animum meum sciendi cupidum scientiis non minus utilibus quam jucundis imbuisse haud intermisisti; Et quidem id fecisti, non ut vulgo fieri solet, sed mirifico prorsus studio & indefesso labore. Studium Matheseos eo diligentius excoluisti, quo magis illud habuisti in deliciis, quoque arctiorem TIBI, *Adm. Reverende Vir*, muneris TUI tum ratio ejusdem provehendi injunxit obligationem. Neque tamen minori cum ardore & laude aliarum scientiarum nobis propinasti præcepta. TIBI itaque post DEUM *Adm. Rev. Vir*, qui omnibus his exercitiis summa cum voluptate & nisu mihi prodesse voluisti, studiorum meorum fructum omnesque in scientiis progressus jure meritoque adscribo. Cum itaque pro tantis beneficiis referre gratiam non valeo, suspiria fundere non intermittam calidissima, patiatur DEUS Opt. Maximus, TE, *Vir Adm. Rev.* quam diuicissima mortalium coetibus interesse, seraque sit illa dies, qua tantum Ecclesia Doctorem, Litterarum Promotorem, Præclarissima familia decus ac solatium, clientesque patronum benignissimum desideratissimum sibi ereptum lugeant deplorentque. Sic vovet vovebitque,

ADMODUM REVERENDI NOMINIS TUI

*humillimus cultor,*  
ERICUS HÖÖK.



§. I.



Utilitatem scientiarum artiumque bonarum sanus nemo negaverit: Si ad periodos imperiorum & fata litterarum attenderimus, inveniemus scientias & imperia sibi invicem auxiliatrices præbuisse manus. Sunt radii diversæ indolis, ex quibus conficitur lumen illud, quo imperia maxime coruscant. Hoc ipsum etiam moratiores observarunt gentes, quæ Musarum ideo erexerunt domicilia, ut in his studia excolerentur & perficerentur. Quamvis, quod adstruximus, omnes in universum scientiæ haud exiguum ad utilitatem civilem conferant momentum, interim tamen hoc ipso unius præ altera non tollitur præstantia. Utilitas ejuslibet exinde censenda venit scientiæ, quo majori gradu felicitatem promovere valet humanam. Illa itaque scientia, quæ propius ad hunc scopum accedit, in tantum etiam reliquis dignitate antecellit. Oeconomia ipsam sustinet vitam: ea vitum, amictum, domos, variaque alia ad bene & jucun-

jucunde vivendum necessaria porrigit atque promovet. Hac feliciter vigente civitas optime valet: hujus neglectu status Reipublicæ miserrimus evadit, salusque ejus quam maxime periclitatur: Sine Oeconomia reliquæ scientiæ facile omnes & inedia consumuntur & algent. Quisque itaque, etiam me tacente, videt, quo œconomia habenda sit loco. Accedit, si scientiæ reliquæ ad fastigium aliquod adscenderint, in hac nostra, certo respectu, fundatæ sunt. Chaldæos & Ægyptios ad eximiam evexisse altitudinem scientias, historicorum ostendunt monumenta; interim & hoc de illis additur, quod assidui fuerint Oeconomi. Ratio studiorum in Anglia ante tempora Edvardi VI. nota est; sed non tam cito benignas Oeconomiam admoveat manus, quin scientiæ etiam aliam eamque lætiores induerint faciem. Quamvis tanta Oeconomica scientiæ annectantur commoda, tantaque sit ipsius præstantia, non tamen æque feliciter in omnibus civitatibus floret aut florere potest: ratio hujus sæpe in ipsa forma Regiminis latet: Imperium Monarchicum absolutum scientiis Oeconomicis sæpissime minus amicum est. Hanc veritatem, prout imbecilles ferunt ingenii vires, demonstraturi, Tuum L. B. benignum, observantia, qua par est, expetimus judicium.

§. II.  
**U**T ad substratæ materiei interiores recessus eo  
 facilius nobis pateat aditus, quid per *Impe-*  
*rium*

*rium Monarchicum absolutum* intelligimus paucis explicandum. Imperium illud dicitur Monarchicum, quando imperium summum est apud unum. Hoc transfertur vel ita, ut Rex circa exercitium actuum suorum sit liber, nullius voluntati, nulli legi, nisi tantum divinæ, subjectus, propriumque tantum sequatur iudicium in administrando imperio, sicque alia statuta normativa agnoscere non teneatur, quam quæ ipsi arrident. Vel secundum mentem Aristotelis (*a*) *qui ipsi sunt lex*. Ejusmodi imperium Monarchicum *absolutum* vocatur. *Limitatum* est imperium Monarchicum, quando imperanti summo præscribitur modus, quo, non alio, Imperium exerceat. Cum vero imperium Monarchicum scientiis œconomicis minus amicum statuatur, imperium (quod per se clarum) in priori sumimus significatione.

Explicatis sic, pro instituti ratione, breviter, quid per imperium Monarchicum absolutum intelligimus, necessarium videtur, ut etiam Oeconomix, cui minus amicum præsupponitur, idea reddatur distincta. Descriptioni vero hujus non est, quod immoramur, cum nemo sit, qui eam ignorat, scientiam scilicet bona ad sustentationem vitæ necessaria acquirendi, iisque rite utendi. Dividitur communiter solet in publicam & privatam. Privata quatuor sub se comprehendit partes, agriculturam, Metallurgiam, fabricas & commercia. Quibus

bus nonnulli quintam addunt, venatum, vocabu-  
lo latissime sumto, ut piscaturas etiam involvat.

Priusquam vero ad ipsam materiam ulterius tractandam progredimur, majoris evidentiae gratia sequentia observanda volumus. Non negamus imperium Monarchicum absolutum interdum maximam utilitatem Reipublicae, tam in vi hostili repellenda, quam scientiis oeconomicis & aliis artibus liberalibus civiumque commodis promovendis adferre, tum scilicet, quando Summus Imperans a labe, vitiis, perturbationibus ac motibus animi subitis fere prorsus alienus est, cuique nihil plus curae cordique, quam civium salus summa; verbo: quando imperans & nomine & re verus Pater Patriae est. Concedimus etiam existisse aliquando ejuscemodi imperantes potestatis non limitatae, qui, & laudibus summis dignissimi, & veri Patres Patriae, fuere, sub quorum imperio cives felicissimam vitam egerunt. Sed simul contendimus casus hosce in periodis regnantium esse perraros, atque praeterire interdum integra secula, antequam unum tale exemplum verum assentationis expers produci queat. Contra loquitur communis experientia, testanturque uno quasi ore omnes annales omnium Regnorum summos Imperantes non magis quam ceteros homines a vitiis immunes esse, quid? quod saepe ob φιλαρχίαν, blanditias atque adulationes, perpetua illa mala Regum, variis navis & erroribus magis obnoxii sunt. Quosdam enim inveniemus eo ingenio hebeti fuisse, ut ipsi  
rerum



rerum ad Rempublicam bene administrandam necessariorum ignari, inque voluptates, otium & luxum se immergentes habenas imperii aliis, iisque saepe non optimæ notæ & indolis relinquerent; unde non raro innumera mala in subditos derivata sunt. Aures multorum imperantium ab assentatoribus circumstipatorum sic laudibus oppletæ sunt, sicque obsurdescunt, ut ad illas nulla via, nullus aditus veritati pateat. Quidam se e sanguine puriori atque a cæterorum mortalium diverso procreatos, subditos vero imperantium causa, non autem imperantes propter subditos factos esse, impie somniant. Quanta mala, quantæque calamitates, imperatoribus summis laxas cupiditatibus suis habenas remittentibus, in subditos eruperunt, temporum omnium historia testatur; ut ekato Monarchiarum animo & inexplebili honorum fami satisfaceret, a minima & plane nulla causa tot cruenta bella suscepta, tot cives summæ miseriæ & morti traditi, tanta onera & tributa ipsis imposita, toties illorum bona ipsis extorta. Per auri cupiditatem, libidinem & luxum immoderatum non minor congeries calamitatum in scenam sæpius prodit: Φιλαρχία enim ac Φιλαντία exitiosissima lerna malorum est. Taceo influxum infelicem, quem exempla superiorum prava in cives habent; nam qualis Rex, talis grex; & ad exemplum Regis totus componitur orbis. Quid? quod etiam Reges boni & laudandi ob connatam naturæ humanæ corruptionem atque imbecillitatem, in ipso

ipso zelo ac nisu commodorum civium promovendorum administrandæque justitiæ, justitiæ limites, omnibus & singulis circumstantiis non bene ponderatis, sæpe transgrediuntur. Hisce malis liberæ civitates non subjectæ sunt: legibus enim limitata & circumscripta est Regum & Magistratum summorum potentia atque arbitrium: omnis libertas ac potestas subditis benefaciendi, quam habent Monarchæ absoluti, hic etiam concessa, facultate tantummodo nocendi & effrena licentia utendi sublata. Sed jam proprius ad propositum.

(a) III. Pol. 9. confer comment. Hertii & Barbeyrac. in Libr. Puffendorff. de J. Nat. & Gent. Libr. VII. cap. VI. §. VIII.

§. III.

**H**Aud exiguam substratæ rei affundet lucem essentiæ animæ ejusque attributorum consideratio. Pro dato assumimus arctum animam inter & corpus dari vinculum. Experimur enim, quod mutationibus organorum sensoriorum convenientes in anima existant ideæ, & quod ad voluntatem animæ motus se accommodent corporis. Animadvertimus etiam, dum corpus dolore adficitur vel morbo laborat, vel in quocunque alio deprehenditur statu, eundem in modum etiam sese habere animam, & versa vice. Hoc quid indigit aliud, quam quod arcto inter se invicem anima & corpus jungantur vinculo. Repræsentationem mali comitatur tædium, ut boni voluptas, per-

princip. Pſycolog. Servitus, quæ conſequens eſt imperii monarchici abſoluti, eſt malum, a quo natura abhorret (a); ideæ animæ aſſimilantur mutationibus organorum ſenſeriorum; lætaque & tædioſa ſibi invicem communicant vi dictorum. Jam animæ ſtatus eſt tædioſus, conſequenter nec de meliori corpus ſibi gratulari queat. A ſtatu corporis dependet ſanguinis major vel minor idoneitas ad illam, cui deſtinatur, functionem. Sanguini enim adſcribitur vis motrix, unde actus vitales. Si jam ſanguinis idoneitas ad illud, cui deſtinatur, officium, dependet a ſtatu corporis, & illum diximus eſſe tædioſum, conſequenter ſegnis evadit & non idoneus circulationi. Agilitas & torpor animæ in multis derivatur a circulatione ſanguinis: hæc ſi ſegnis & minus idonea, anima etiam in functionibus ſuis torpeſcit; ſi torpeſcat, parum vel nihil efficitur. Animus ad ſtudia ſe applicans a curis & ſervitute liber eſſe debet, ſi optatos in his alias faciat progreſſus; animus vero hic ſervituti ſubjectus eſt doloroſus, torpeſcens, fractus ac demiſſus, conſequenter parum vel nihil in his proficitur, idque tam in aliis, quam in ſcientiis Oeconomicis, quæ æque ac aliæ ingenium requirunt acutum. Hinc non ſine cauſſa litteras veteres vocarunt artes liberales. Omnium temporum nos etiam hujus rei convincit hiſtoria, & quocunque oculos in hæc convertimus noſtros, deprehendimus Muſas ſemper liberis in civitatibus ſuam elegiſſe ſedem, e contrario autem in deſpoticis minus fixa domicilia ha-

habuisse. Effectum eorum, quæ dicta sunt, in bello etiam experimur: testantur enim historiae omnes exiguam manum civium liberorum sapissime numerosissimos exercitus Monarcharum absolutorum prostravisse & profligasse: dimicant enim illi animo alacri, prompto ac magno pro legibus, libertate, patria, pro aris & focis; hi vero in proelium scepe quasi detrusi metu servili animoque demisso langvide & negligenter armis decernunt, quibus scepe eadem, ac asino æsopi, mens, dicenti: *quid refert meæ, cui serviam, elivallas dum portem meas.* Hinc Monarchæ absoluti rarissime æqualibus copiis cum gente libera manum conferere sustinent, sed fere semper, nisi multitudine militum hostes longe superent, belli fortunam experiri non audent. Sexcentis hoc ipsum probare possemus exemplis, cum vero omnibus sint notissima consulto hoc ipso supersedemus labore. Regiæ hæc de re auctor Anonymus in libro cui titulus årlig Svensk. (b). Hår fordras fritt sinne och fria tankar. Slaf wert/ det är fruchtan och twång/ skadar kroppen. Den som har någon insigt uti Physiologien, kan nog weta hwad skada det gör uppå blodet och hjerthan / ja på hela hållan. Et slawiskt sinne skadar ofwolligen Rikets Kroppen. Hwad kunna icke muntre / hurtige och frue undersåtare uträtta uti alla sina wärf och ärender? Deremot gjöra deslawiske icke synnerliga stora bedrifter. Det är altså högst angelägit / at föräldrarne inpräglade uti barnen ädla och fria / dock lagbundna tankesätt.

(a) Jäger

(a) Jäger. obs. ad Libr. H. Grotii de J. B. & P. pag. 607. Arlig Swensst pag. 310. (b) pagina modo citata.

§. IV.

**O**economiae imperium Monarchicum absolutum minus amicum esse, etiam civitatum constituendarum finis satis superque indigitat. Hunc quis ignorat, nisi placitorum moralistarum prorsus sit ignarus? fuit enim hic mutuus civium labor, mutuus consensus ut in tuto suam collocarent securitatem, opes, bona ab invasione aliorum; hanc enim ob causam maxime, ut sua tuerentur, respublicae civitatesque constitutae sunt (a). Ut hoc ipsum melius perspiciatur, paulo altius res repetenda est. Postquam genus multiplicari coepisset humanum, & animadversum est, quod homo homini nocendi sepe diceretur proclivitate, cordatiores inter illos excogitarunt media, quibus mala illa propulsanda erant, quae uni ab altero imminere videbant. His optime sese obviam ituros existimabant societatibus sic quasi viribus coadunatis. Viderunt insimul, quod aucta ejusmodi societas diu consistere non posset sine ordine, ordo sine regimine, regimen sine potestate dirigendi actiones liberae societatis ad communem salutem. Detulerunt cuidam itaque summam potestatem hac conditione, ut salus publica illi curae cordique esset, illi nimirum, quem maxime idoneum ad hoc officium videbant. Jam securitas, uti demonstravimus, fuit finis civitatum. Quid enim sanae rationi magis contra-

— 310 —

B

rium

rum esse possit, quam se dependentem facere ex alicujus non limitata voluntate, vel tantam alicui tribuere in se potestatem, ut de vita sua disponat utcumque velit. Imperium itaque absolutum aliorum fuit id ipsum, quod depellere annitebantur, consequenter nec illud ipsum ut medium, quo finis obtineretur, assumi potuerunt, quod ipsi fini contrarium erat. Si jam fini civitatum repugnat, repugnat etiam securitati Politicæ. Si hoc, etiam Oeconomiam; nam Oeconomia politico quasi reviviscit spiritu. Adeoque vel ex hoc capite patet quo loco imperium Monarchicum absolutum quoad Oeconomiam sit habendum.

(a) Cic. Offic. Libr. II. cap. 21.

§. V.

**A**pposite ulterius allata explicat ipsa indoles scientiarum Oeconomicarum. Libertas animalium vocari potest, hisque est quasi innata. Hinc crudelius sortem earum aggravante fortuna non possunt non langvescere & emori. Attributa salva essentia rei separari nequeunt. Hinc libertas horum vicem in Oeconomia sustinens non magis quam illa divulsionem admittit. Si itaque quis hanc separare vellet, perinde esset, ac vitam his adimeret. Quodnam, quæso, desiderium, quænam voluptas, quodnam incitamentum ad artes & scientias Oeconomicas, excolendas atque ad summum fastigium evehendas ipsi, qui probe noverit se de possessione quieta & imperturbata omnium facultatum;

tatum, quas multo opere ac sudore acquisivit, non esse securum, iisque non diutius frui posse, quam Supremo Imperanti placeat? Dicas, volo quis stimulus ad quævis præclara in Oeconomicis tentanda ac præstanda ipsi, quem ea tenet opinio, se opum singulari industria conquiritarum copia tanto citius aut Summi Imperantis, aut ministrorum ipsius, ejusmodi bonis inhiantium, oculos & avaras manus in se vertere & provocare, qui & gravioribus oneribus ipsi impositis, & variis prætextibus ac viis excogitatis, majorem partem divitiarum multorumque laborum & annorum fructum facile ipsi extorquere callent. Quid, quod hic interdum absque ullo prætextu bona civibus eripiuntur; in imperiis enim Monarchicis absolutis verus facultatum suarum possessor ulterius vocari potest nemo, quam in quantum & quamdiu imperanti summo placeat; nam hic locum habet illud: *Sic volo, sic jubeo; stat pro ratione voluntas.* Et quis illi hanc ob causam succenseat? nam & ipsis Monarchis, & subditis illorum, mancipiis istis, a primis fere incunabulis tenaciter inculcatum est, imperantes summos opum ac facultatum omnium omnium civium solos esse possessores & Dominos, vitæque arbitros: omnia Imperantis sunt, potest ea recipere, quando ipsi lubet.

Possunt quidem Monarchæ varias leges saluberrimas instituta Oeconomica promoventes promulgare, insigniaque præmia iis, qui præ cæteris

in Oeconomicis aliquid magni invenerunt, & proponere & larga manu impertiri; verum optato successu omnia hæc sæpissime carent: is namque metus servilis subditos eorum plerumque occupat, ut animum demissum deponere spiritusque libera gente dignos capere nequeant. Leges etiam hæ, licet in se optimæ, vix tamen, & ne vix quidem hanc civibus mentem demere atque excutere valent, Regem scilicet divitias & opes eas, ad quas hodie acquirendas ipsis stimulos addit, cras aut alia occasione illis erepturum venire.

§. VI.

**J**AM sermo de singulis Oeconomix nobis instituendus esset partibus, simulque demonstrandum, in quantum auram Imperii Monarchici perferre valent vel minus. Verum enim vero propter arctissimum illud scientias inter Oeconomicas intercedens vinculum, partes singulas percurrere minus necessarium videtur. Sufficit itaque vel leviter & brevissimis adumbrasse, spirante aura Monarchica pars qualem induat faciem una, vi cujus ceterarum dignoscetur. Exemplo sint nobis artes manuariæ. Demonstraturi itaque faciem harum sub imperio Monarchico, in antecessum necessarium duximus paucis de utilitate harum differere; omnia illa commoda ex his in Rempublicam emanantia proferre, & prolixum foret, & a scopo nostro alienum; interim ad unum alterumve momentum attendemus. Quid sanguis in corpore humano, id fabricæ in corpore Politico. Corpus enim hu-  
manum



manum nonnisi mortua esset machina, nisi circulatione vis motrix produceretur, unde actus vitales. Ita Respublica motu & vita privaretur his destituta motoribus. Cessatio sanguinis mortis certa est prænuncia; ita ubi hæc vel contemnuntur, vel segniter coluntur, non potest non status ille langvescere & emori. Haud exiguam (uti dicitur) symbolam conferunt ad reliquarum Oeconomix partium perfectionem & promotionem, quæ ope harum quasi reviviscunt. Agricola ad majorem excitatur diligentiam justo ab his rebus naturalibus statuto pretio. Multa jam effodiuntur metalla terræ alias damnata. Commercia rudium materiaram advectione & fabricatarum exportatione occupantur. Fabricis Anglia ad tantum potentix fastigium sese provexit, in quanto illam jam constitutam esse admiramur. Ante trecentos fere annos tribus millionibus incolarum vix sufficiebat alendis, jam vero triplicato fere numero, non solum sufficit, sed etiam multis frumenti tonnibus exterorum necessitati succurrit. (a) Idem valet de Batavis: quid noverca his denegavit natura, id fabricæ & commercia compensant; auri & argenti fodinis etiam non gaudent, tamen his abundant. Has si conferant utilitates, Dominæ hæc colendæ sunt: cultoribus solum suis suas aperiant divitias. Hic in liberis alias civitatibus eis habitus honor, in absolutis denegatur, ubi inter artes viles referuntur: hinc fit, ut quamvis cultoribus singulari ingenii acumine præ cæteris egerent, ad rudiores tamen

omittit

B3

& he-

& hebetiores, infimæque fortis homines non raro detrudantur, nobilioribus abjecte nimis de his sentientibus. Non contemnuntur autem solum, sed etiam interdum severitate in eas grassantur summa. Hic alius ditescendi modus sæpe non videtur dignus quam bellum, quod fabricis est inimicissimum. Marte enim furente, & obstrepente Bellona, non solum Musæ, sed etiam aliæ artes Reipublicæ utiles & silent & algent, & fame laborant; onera contra pro arbitrio aggravantur, maria mercibus apportandis aut evehendis minus tuta redduntur, ubi sæpe omnia prædonum referta sunt: ob præcipitem in bellum animum Monarcharum multa millia subditorum trucidantur: hinc rapitur agricola ab aratro, opifex ab officina, mercator e taberna, nauta e navibus mercatoriis: addantur ea, quæ §. proxime præcedenti de opum minus quieta possessione diximus, & videbis faciem hic fabricarum. Liberæ autem civitates, nisi urgente summa necessitate, in bellum non ruunt, civesque veri bonorum, suorum possessores sunt.

(a) *Disp. Candid. Litbandri de Nödwindigbeten af Skogarnas bättre wård &c. p. 7. 8.*

§. VII.

**Q**UAMVIS jam ex allatis constaret, quomodo genius Oeconomicus ad auram Regiminis se attemperat, tamen necessarium duximus fufius hoc ipsum uno alterove illustrare exemplo. Tutius enim, uti dicitur, iter est per exempla; veritatem enim minime fucata hæc luculentissime atque clarissime

rissime ob oculos ponunt. Potentia Phœniciaë neminem, qui vel lippientibus oculis Historicorum consuluerit monumenta, latet. Hæc regio arctis licet circumscripta limitibus, adeo valuit, ut verius de ea dicere quis potuisset, quod olim Cornelius Tacitus de Sveonum civitatibus, quod præter viros armaque classibus valerent. (a) Nabuchodonosorem totam fere Asiam & Ægyptum victricibus ubique armis quatientem, incolisque summum terrorem injicientem, atque Judæam sævissima captivitate exhaurientem, Phœniciaë hujus Metropolis Tyrus, per 13. annos ab ipso obsidione clausa, sed simul strenue se defendens, fatigavit & prope fregit. (b) Alexandrum Magnum ingenti victoriarum celeritate Asiam magis pervolantem quam percurrentem eadem hæc urbs ultra sex integros menses detinuit ac retardavit, sicque plus quam maximi exercitus Persarum numerosissimæque gentes Indiaë, efficere potuit sola. (c) Postquam autem sub jugo Alexandri Monarchico gemiscere cœperat, occultis quasi cuniculis subruta cecidit. Græciæ civitatum exigua manus sæpe terra marique maximas Persarum opes prostravit. (a) Varia imperii Romani fata evidentia nobis præbent testimonia. Viguit hic varia Regiminis forma, modo enim Reges, modo consules, modo Triumviri, modo denique Cæsares clavum imperii tenuere. Interim tamen optime sub consulibus res viguit Romana. Quamdiu Antverpia urbs Belgii grata fruebatur libertate, ad tantum Oeconomiam evexit fastigium, ut

ut an ad majus ulla unquam natio vel ante vel post illam pervenit aut perveniat, merito dubitaretur. Libertate violata & labefactata a ducibus de Alba & Parmeniensi nec non a Philippo II. Rege Hispaniæ magna consilia agitante in vasto eoque Monarchico imperio formando, Domina hæc a pristino fastigio mutatione dicta detracta, ita ut non amplius quam in quarundam ædium ruderibus antiquam conservet majestatem. (e) Sed ut magis perspicuum evadat, quale sit discrimen inter gentes libertate utentes eaque destitutas, nonnulla adferre lubet, quæ Gubernator Provincialis honorarius & Reg. Archiat. D. D. *Urb. Hierne* in Libro suo, Svecico idiomate consignato, *Flocker* vocato, p. 300. *seqq.* ex variis auctoribus hanc rem illustrantia collegit. Hunc Librum præ cæteris elegimus, utpote Holmiæ editum A:o 1706. seu ipsissimo illo tempore, quo imperium Monarchicum maxime absolutum in Patria viguit, quoque res Svecicæ ubique fere feliciter fluere visæ sunt, victoriis Svecicis aures omnium prope undique personantibus, ut hinc appareat, qualia subditorum tum fuere desideria a veritate ipsa expressa: Sic autem ille:

Jorden blir också obrukad och försummad, när undersåttarna och almogen öfverlag betungas och tvingas med allt för myckna Contributioner och svåra utlagor, at de intet hårda ut dermed, utan måste öfvergifva sina hemman, söka sig antor nåring eller gripa til tiggare stasven. Doctor Gilbert Burnet i sin curieuse beskrifning genom Frankrike, Schweits och Italien har artiga anmärkningar, huru såsom i alla länder, där folket hafva någon frihet, eller eljest någon mild öfverhet

öfverhet, fast än landet är hårdt, skarpt och ofruktfamt af naturen, liksom bättre gröd och bår, än i andra länder, som äro härliga och frukt samma, där som undersåtarna af en hård öfverhet alt för häftigt prägas. Såsom det första sannas i Schweits, Graupündten och andra sådana orter, derest bönderne äro många tusende Riksdaler, ja ofta en tunnaguld, rika; och uti Chavennes de, som äro öfver 260000 Riksdaler förmögna. Twert om, de härliga länder, som Påfwen besitter uti Avignon, Ferrara och andre orter, som ehuruwäl tilförene så ynnige och frukt samma, nu måst är öde; obebodde och efter handen förderwas, at der tilförene woro fröna åkrar och ångar, äro nu här och där moraster och sand. Påfwen så i den ångden kring Rom, som til en stor dehl är obebodd, för Påfwens strånga Regemente, de öfwer måttan stora contribucioner, der med han sina Nepoter riktar, så at icke allenast hela familier råkat til tiggare staden, utan och helt lupit ifrån landet.

Om Ferrara skrifer han (ibland annat) så: deras land war öfwer alla måttan folkrikt, jorden mycket frukt sam och wäl brukad; altså kunde Hertigen få et ansenligt utur sit land, emedan han hölt et stort hås. Men nu sedan samme Hertigdöme fallit under Påfwiska stolen, är det samme landet nu mera helt ruinerat, och detta för brist af inwånare: Måst se åkrarne ligga öde och förderwade. Det wore i Ferrara i Hertigens tid mer än 100000 inwånare, hwilcka allredan aftagit så, at det knapt äro 15000 igen. Gråset wårer på gatorne, och husen äro måstadelen öde. Swad som Venetianerne äga af detta landet, är wäl bebyggt, brukat och bebodt, warandes detta er af deras bästa små Provincier. Men när man kommer öfwer flodens Lago scoro stora arm, som tillier Venecianiska delen ifrån det Påfwiska, seer man måst åkrarne ligga öde, oansedt at bägge åkrarne äro af naturen lika. Gråset torckas bort och rutnar på ångarna; medan ingen är,  
 som

som kan taga sig mödan på och bätgat. Man koster i stora byar, der alla husen äro öde, och der icke en endaste bonde är tillfinnandes. Så at det är otroligt, huru det har funnat vara möjligt, at inom mindre än 80 år en så folkrif och blomstrande ort så het och hållen är worden ruinerad och öde.

Alfven Detta har han och iackttagit om det gebietet i de Neapolitaniska länder, som under de andelige lyda, den här ligaste tracht, som i werlden kan finnas; der doch landsfolket i de bästa och fetaste ären ofta dö för hunger; och den som reser igenom dese länder ifrån Rom til Naples, der han icke stelf har något godt med sig ifrån städerne, måste der behjela på sig med smale och magre betar och eländiga måltider. De stora städer som Capua, der i de gamle tider alt varit så härligt och fett, at Hannibal med alt sit krigs folck af dese wällustfulla delicatecker och öfwerflödiga fräslighet har blifwit weklig och modstulen, är nu så yckelig, at man swärliken må tro Historiascribernterne hafwa stiftit sanningen.

Om Frankrike talar han således: när jag ifrån Paris til Lyon reste, har jag mig på det högsta förundrat, at hela wägen så mycket elände genom gå. Ty man bör weta, at icke allenast i byarne, utan och i sielfwa städerne en gruswelig armod för handen är. Öfwer alt är der intet annat, än gamla murar, sönderresna kläder, och jämmerfulla ansikten, jemte en fastlig enslighet, som midt i Städerne regerar, et alt för klart prof, at man der ingen beqwämlichkeit finner.

Misson i sit 15:de bref af sin Italienska resa, säger, at det är till förundrandes, at man äti, et så förträffeligt land (som Italien) nästan måste dö af hunger, der man dock er mellan klipporna och ruggota bergen (menar här med Schweits och Graupindten) på det bästa blit härbergerad och plågad.

Men om Schweits, säger Burnet: Man måste sig högst förundra, när man begifwer sig utur Frankrike, såsom et förträffe

skäffelligt och härligt land, in i Schweits, som dock wida när  
 intet är så fructbart, den märckeliga årstidnaden, som är emel-  
 lan bägges inwånare. Det gemena folcket i Frankrike, besön-  
 nerligen bönderne, äro öfwer alla måttan fattige, stickandes i  
 stor nöd öfwer alt. I Schweits deremot äro de fuller intet  
 alt för mycket rika, doch finner man ganska få eller inga som  
 äro alt för torftiga. Måsta delen lefwa af sit arbete och si-  
 na länfructer. I Frankrike ser man på alla orter, jämwäl  
 i de förnämsta städer, et stort antal af tiggare; deremot ser  
 man fast inga i Schweits: Böndernas huus i Frankrike un-  
 deligen byggde äro intet med annat försedde, än med eländiga  
 fångar, hämstolar, krukor, stenkärl, samt träskedar; I  
 Schweits hafwa bönderne deras goda städer bostäder och dun-  
 bäddar, wela stolar och wacker husgeråd icke allenast til nöd-  
 torft, utan ock til allehanda beqwämligheter. De hafwa hela  
 fönster, så at icke en ruta är sönder, lintoget wid bordet nåtta  
 och rena håldne. Graupünternas land är mycket ofruktharakt  
 än Schweits, liggandes helt emellan bergen; likwäl finner man  
 här intet fattigt folck, och ingen är arm eller torftig. De lef-  
 wa alla wälförändiga, hwar och en niuter fullstigen sin fruct  
 af det han sår och planterar, och sina hemmans inkomster, wä-  
 net det de 4 eller 5 dags resor långt hemta på klef eller häst-  
 ryggen, kostar intet så mycket som på många orter i Italia  
 och Frankrike, der det wärer i stor ymnighet. Der finnes  
 twar upp i höga ställen af 150. eller 200. hushåld, der icke  
 et korn wärer, utan allenast litet gräs; och likwäl hålla bön-  
 dren mer än 3. a 400. dragare hästar til främmande twäres  
 inførsel, hwilka basta så stor profic af sig, at de hafwa deras  
 utkomst rikeligen utan någon brist på alt hwad såwäl til lif-  
 sens nödtorft, som beqwämlighet fordras. Deras gåshärs  
 bergen upp i bergen äro öfwer alla måttan beqwäma. Man  
 har der altid godt bröd och win, wilbråd af ärsfullig slag och  
 i myckenhet stöwa foreller, beqwämliga lamrar, goda sälar  
 gar.

fångar. Om Fogtedömet Lugan, som håller 99 byar, och lyder til Schweits, skrifwer han så: Landet eller jordmånen är här icke halsparten så godt som det Milanesiska, hwaremot detta stöter; lell äro alla byar wäl bebodde; landet i det af det wälbebygges och brukas, är fructsamt, alla inwånare les wa der mycket förnöigde. Man seer här hwarcken tiggare, eller något tecken til den ringaste torftighet. Husen äro wäl upförde, och hålles wid godt tilstånd. Men ehuru wäl af landet och jordmarcken i Milanesiska ängden är af de bästa i hela Italien, och gifwer en stor öfwerflödighet af wijn, spannmål, olja, ganska mycket silke, och i gemen allahanda slags fruct, och dertill med öfwermåttan god bet för boskapen; likwäl seswa bördren i mycket slättare tilstånd än i Lugan, finnes man der många ödes platser åtskilligstäds, så at landet icke half så wäl är bebodt som Lugan; orsaken dertill är, at Milan är Spanien underkastadt, och gemeina mannen med mycket bes kattning och tull beswärad. Deremot de i Lugan under Schweits fernes wälde seswa, som den från all tunga befrija. Han säger han kunde öfwen deraf finna, at han kommit i Italien, af den myckenhet af tiggare, som infunno sig allestäds; samma anmärkning gör han om Frankrike; men twärt om säger han aldrig någon tiggare i Grisonernes land; orsaken wisar han wara, at de förra lyda under enwålds Regenter; de sista eller Grisonerne äro et frit folk:)

Hwad denne Doctör Burnet om dese härliga länders jäms mer och elände skrifwer, kan jag ochså betyga om någre, i Tyska land, särdeles om Konungariket Böhmen, som af Naturen är et härligt och kostligt land, men så fattiga undersåtare, at det är utur måttan. När jag resandes der å orten för ankommande de nattens skult war twungen at taga nattherberge hos bönderne, kunde jag knapt få bröd för penningar, och til driicka intet annat än watten, öfwen om sida hösten då allestädes plågar wancka fult upp; och det för den skräckeliga twång, som deras



deras hellskap mot dem öfwar. Äfwen så nästan uti et af de  
 skönaste Hertigdömen i Tyskland, den jag förwissa orsaker  
 full låter onåmd. Posten som mig fölgde, wiste mig ganska  
 många åkrar och landsirek, som tilförene warit de fruktbaraste,  
 men nu helt öde; berättandes, at det icke annors kunde ske,  
 emedan de så träffeligen trycktes för den stora Stat; som Her-  
 tigen måste hålla; och derigenom, så framt det icke i tid ån-  
 drades, blefwe landet ju längre, ju wärre. Hactenus Hier-  
 ne. Idem de variis regionibus Germaniæ Peregrinatores tan-  
 tum non omnes testantur, uno quasi ore adfirmantes, terras,  
 ubi mitior habetur regiminis forma, optime cultas esse, ci-  
 vesque opulentos felicem vitam agere; contra autem, ubi  
 Principes potestate non limitata utuntur; hoc autem ita u-  
 nienique perspicuum eff., addunt, ut peregrinus ibi iter  
 faciens, vel ex solo terrarum cultu, opulentiaque vel pauper-  
 tate incolarum facile judicare possit, & qualis ibi regiminis  
 forma, & quando limites inter liberum populum & sub servitute  
 gementem transgreditur. Hinc non mirum, si quotannis tot ea-  
 tervæ Germanorum natale solum, servitutis pertæforum, clam  
 aufugiendo, deserant, Angliæque colonias in America petant,  
 eadem libertate, qua Angli, ibidem fruituræ: sic sola Penn-  
 sylvania Anno 1750. ultra 12000. Germanos suscepit. Idem,  
 quod ex Burneto habet Hierner, de Italiæ incolis hodiernis  
 narrat Menoza in deser. Italiæ pag. 227.

Quantum imperium Monarchicum absolutum incremento  
 incolarum obsit, vel ex hoc patet, quod multitudo inco-  
 larum Galliæ jam ante ducentos annos ad viginti milliones  
 se extenderit, quem numerum regnum hoc potentissimum, si-  
 cet variis deinde auctum sit regionibus, mitiusque potesta-  
 te sua absoluta utantur ejus Monarcha, hodie non exce-  
 dit. (f) contra autem Anglia, quæ ante ducentos circiter  
 annos tribus millionibus incolarum gaudebat, jam, ceu fru-  
 ctum saluberrimum aureæ libertatis, ultra septem milliones  
 numerat. (g)

¶ Demonstrat tandem asserti nostri veritatem, si qua regio, certe nostra Patria Charissima, in qua, libertate dulcissima felicissime recuperata, brevissimo tempore plura præclara & stupenda instituta in partibus Oeconomix omnibus facta sunt, quam in aliis regionibus, a Monarchis potentissimis gubernatis, per integra secula, quæque exteris maximam admirationem movent, Svecos exemplum sibi in Oecononicis proponentibus.

(a) Tacit. de situ, mor. & pop. Germ. cap. 44. (b) Joseph. antiq. Jud. Libr. 10. cap. 11. contra Appionem Libr. 1. conf. Pridaux connex. p. 91. (c) Curt. Libr. 4. cap. 4. (d) Herodotus, Thucydides, Xenophon, Cornelius Nepos &c. sapiunt. (e) Bacchmanssons Arcan. Oecon. & Commerc. p. 26. seqq. Guicciardini Belgii descr. pag. 129. (f) Act. Acad. Sc. Svec. A:o 1755. p. 3. (g) Act. Acad. Sc. Svec. A:o 1754. pag. 162. conf. Stockh. Gaz. A:o 1753. N. 33.

§. VIII.

**F**inem antequam opellæ nostræ imponimus, argumenta e re duximus esse diluenda ea, quibus veritatem assertionis nostræ impugnari ab adversariis videmus. Dicunt inimicitiam tantam Oeconomiam inter & imperium Monarchicum intercedere non posse, quanta a nobis asseritur, cum profant exempla Oeconomiam in imperiis despoticis late viguisse & adhuc vigere. Romæ etli Monarcha ad gubernacula imperii sedebat, felices tamen vixere incolæ divitiisque abundabant. In Sinensi regno Monarcha est despoticus, tamen ibi Oeconomia ad summum fastigium evecta perhibetur. Hinc imperium Monarchicum absolutum, ceu omnium optimum, & coeteris longe præferendum, a multis commendatur.

Speciem licet hæc mentiantur, rei veritati tamen nil officit; quod itaque ad Romam attinet, remittimus Lectorem ad Suetonium, vitas primorum imperatorum conscribentem, iisdemque temporibus in Italia viventem, & habebit

Le&or

Lector responsum, videbitque felicitatem hostibus non invidendam. Quod ad Sinenses; falso asseritur illos nulla Monarchica sentire incommoda. Imperatorum crudelitates, motusque intestini in illis oris non rari, quibus referti eorum annales sunt, contrarium abunde probant. Terra præterea Sinensium sponte quasi largam producit messem, quæ aliis in locis sine multo sudore non acquiritur; huic accedit, quod recentiores peregrinatores non tantam industriam, nec Oeconomiam ad id fastigium apud hanc gentem pervenisse invenerint, quod narrationibus, quas nonnulli Jesuitarum orbi obtrudere voluere, responderet. Ad ultimum momentum quod attinet, vix unquam nobis persuadere possumus, aliquem sana ratione gaudentem velle servitutem libertati antepone, nec aliquem, qui rite & sufficienter omnia ponderavit, imperium Monarchicum absolutum formæ regiminis limitatæ esse præferendum serio statuere, si assentatores parasitosque exceperis. Certe aliam & saniorum fovebit unus quisque mentem, qui diligenter perpenderit ea, quæ habet auctor egregius Arlig. Svenskt dictus. Wi hafwa en strog gælle och stræck för Souverainiteten, hwilket är endast orsaken til vårt uti rålkade förderf och elände. Wi erindra oss ännu det jämmerliga tilstånd då war, när all vår egendom blef ifrån oss tagen: hwad man igenom Guds wåhgnesse uppå åkrar och ångar fick, skulle utgifwas: solsket blefwo med wåld borttagne til Söldater, Ryttare och Dragoner: orar och for til Gåldaternes underhåld: hâstare til Trosh och Artillerie: hâstare de öfrige förderf wades under gårdens utförande 30 a 40. mil wäg: den som ågde en Silfwer bågare war ingen dag säker den så behålla: wårt goda mynt blef oss ifrån tagit och i stället monte teckn och gifna: Summa, alt hwad tinneligit och utom stâlen war, hörde er enont til utan Rönningen: för utan flere oräckneliga beswår, som här för sigas, men uti alt frist doct beklägeligt minne ännu äro.

supra omnibus

S. IX. Bre-



**B**reviter sic, pro modulo ingenii aliarumque circumstantia-  
 rum, Imperium Monarchicum absolutum scientiis & insti-  
 tutis Oeconomicis minus amicum esse, demonstravimus. O  
 felicem igitur Patriam nostram Sveciam, imo felicissimam,  
 quæ optima & saluberrima regiminis forma, Majestatem Regiam  
 cum salute civium indissolubili vinculo connectenti gaudet;  
 quæ Regem mitissimum, nullamque potentiam nisi in amore &  
 salute subditorum fundatam desiderantem veneratur; quæ cives  
 & Regis amantissimos et libertatis acerrimos custodes fovet;  
 quæ denique vi formæ regiminis scientias & instituta Oecono-  
 mica quam maxime promovet. Fruamur nos diebus omnibus  
 vitæ nostræ, fruatur fera posteritas Svecica inestimabili hoc  
 bono, aurea libertate, qua nihil charius, nihil optatius, ni-  
 hil svavius! Avertat Deus Clementissimus tam nubila tempora,  
 tam atros atque funestos dies, quibus populus Svecicus the-  
 saurum hunc pretiosissimum sibi subreptum esse anxius videret  
 lacrymisque conquereretur! Concordia civium veræ pietati  
 superstructa firmissimum fundamentum libertatis est, firmissi-  
 maque moenia contra quosvis insultus, in exilium ejecta effre-  
 na illa licentia de cultu summi atque sanctissimi Numinis, O-  
 raculisque Divinis abjecte nimis & sentiendi & loquendi. Pre-  
 tiosissimum donum Dei Ter Optimi Maximi est *Libertas, quod*  
*toto non venditur auro*; gratissima igitur atque maxime pia men-  
 te hoc agnoscamus. Si vero Datoris obliviscamur, vereor, ne  
 ingrata genti tantum donum eripiens, Regem non solum liber-  
 tati nostræ insidiantem, verum etiam eam, & cum ea salutem  
 nostram, penitus subvertentem in ira sua nobis daturus sit Ju-  
 stissimus & summus rerum Arbiter. Floreant ergo apud nos  
 pietas minime fucata, vera virtus atque concordia, & dulcissi-  
 simam libertatem inconcussam, firmam & non tremefactam, in-  
 sidiasque, tela & insultus invidorum facile eludentem semper  
 possidebimus, fructusque ejus capiemus uberrimos  
 jucundissimosque.

